

Pz  
43

constat 182

Hinc dono dedit libri his  
meo charissim⁹ Georgi⁹  
Kellerg⁹ a 659.



PRÆCEPTA  
METAPHY-  
SICÆ

Ex probatis Auctōribus collecta,  
& adjuvandæ memoriæ causæ TABULIS  
Synopticis inclusa

M. JOHANNE STIERIO.



JENÆ

Impensis JOHANNIS BIRCKNERI Bibl. Erfurd.

*Typis imprimebat Johannes Nissus.*

---

ANNO M. DC. LVII.

---





ILLUSTRISSIMO AC CELSISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO

# DN. ERNESTO,

Duci Saxoniae. Juliæ, Cliviæ & Montium. Landgravio  
Thuringiae, Marchioni Misniæ, Comiti in Marca, &  
Ravenspurg, Dinastæ in Ravenstein, &c.

*Domino suo Clementissimo*

*Evagayev.*

Um prolixa & intricata tam docendi, quam di-  
scendi ratio ingenium perturbet, memoriam la-  
befactet, doctrinam obscuret, & studiosæ ju-  
ventuti non raro fastidium creet: operæ preci-  
um faciunt illi, qui antequam controversiarum  
pelago se committunt, aut spinosis subtilitatibus animum su-  
um, industriamq; consecrant, in qualibet Scientia præcepta  
prius scitu maximè necessaria prælibant, atq; fundamentum  
jacent resectis & rejectis minus necessariis. Licet verò ejusmodi  
prima Scientiarum elementa & rudimenta variis disponi pro-  
poni q; possint modis, omnium tamen comodissimè hacte-  
nus multis præclaris viris visa & probata est methodus ea, quâ  
præcepta disciplinarum in memoriæ subsidium Tabulis

A 2

Syn-

Synopticis inclusa ordine & breviter traduntur: Sic enim nucleus cujuslibet capituli, qui alioquin in diversis diversorum auctorum pagellis non sine tædio esset conquirendus, artificiose sub uno habetur intuitu, & quæ passim & sparsim sapientissimi & acutissimi Philosophi benedixerunt captum adolescentiæ non superantia sub una peculiari & perpetua ferè forma methodicè disponuntur. Hoc quantū subsidii studiis & memoriae afferat, æstiment ij, quorū judicia nec odii, nec amoris affectibus adulterantur. Hunc ergo in finē non tantum TABULAS LOGICAS, ETHICAS, PHYSICAS & ASTRONOMICAS in meum, meorumque usum privatum ex fontibus Aristotelis, nec non saniorum interpretum commentariis quondam à me congestas superioribus annis publici juris feci: sed nunc etiam amicis ita pervincentibus communissima, METAPHYSICÆ PRÆCEPTA juvandæ memoriæ ergo in TABULAS redacta typis prodo: Præcepta inquam communissima, non nova, sed passim usitata, & potissimum collecta atque selecta ex SUAREZIO, communi illo omnium Metaphysicorum doctore ac magistro, FONSECA, MENDOZA, aliisque multi nominis auctoribus, quibus suo jure quodam adjicio Clariss. Philosophum Jenensem Dr. M. STHALIUM, Præceptorem meum honoratissimum. Nam, si universam disciplinarum philosophicarum seriem paulo attentiori intuemur animo, & sigillatim unquamque trudina ponderemus æquissima, metaphysica, sive ipsius dignitas spectetur, sive utilitas attendatur, ultra reliquarum sortem quodammodo elevata est, & tantum caput effert,

-117-

fert, quantum lenta solent inter viburna cupressi : cum sine  
hac Scientia nemo vel ambigua distinguere, vel obscura ex-  
plicare, vel vera confirmare, vel falsa impugnare commodè  
possit & refellere. Has verò TABULAS METAPHYSICAS Vestræ  
Celsitudini ILLUSTRISSIME PRINCEPS submississimè dedicare  
volui, quo subjectissimam meam affectionem erga Illustr.  
Vestrā Celsitudinem declararem. Toti omnino Germaniæ  
imò Europæ innotuit, quām constanti sinceræ religionis Il-  
lustr. Cels. Vesta ducatur Zelo, quam heroicis & omnigenis  
decorata præfulgeat virtutibus, quam seriò ac sedulò laboret,  
ut in ditionibus sibi subjectis literarum studia undique flore-  
ant atque vigescant. O beatum & æternis laudum præconiis  
dignissimum Principem, qui muneris divinitus sibi commis-  
si tantà curâ dicitur! Ut ergo Illustr. Cels. Vesta hoc leviden-  
se meum munusculum vultu benigno & sereno suscipiat, ac  
suo patrocinio exoptatissimo mea que studia commenda-  
ta esse gratosissimè concedat, eā qua par est animi subjectio-  
ne & observantia peto atque contendō. Deus Ter Opt. Max.  
Illustr. Cels. Vestræ concedat ea omnia, quæ primæva Eccle-  
sia, TERTULLIANO TESTE IN APOLOGET. CAP. 30. Imperato-  
ribus precari consueverat, vitam nimirum prolixam, imperi-  
um securum, domum tutam, exercitus fortes, Senatum fide-  
lem, populum probum, orbem quietum, & quæcunque ho-  
minis & Principis Christiani vota sunt. Dab. die 9. Octob.  
Anno 1634.


Illustr. Celsit. Vestræ  
subjectiss.  
M. JOHANNES STIER.



+ met  
bit

Et ea quae per se in sunt. Viz. Cestia potest esse et non esse. I. s. Neq. c. l.  
Tunc etiam et ad eam. Atq. l. s. Neq. c. l.

TABULA GENERALIS.  
Totius METAPHTSICÆ Synopsis adumbrans.  
Partes METAPHTSICÆ sunt duæ.



## PROOEMIUM.

De Natura &amp; Constitutione Metaphysicae.

I. An datur Metaphysica? R. Affirm.

1. Quia datur distinctum objectum & modus considerandi objectū diversus à modo illo, qui datur in aliis disciplinis: Nam in Metaphysica consideratur ens, quatenus ens.
2. Quia nulla alia datur disciplina, in qua proprietatem de affectionibus entis, e.g. Uno, Vero, Bono; quam de ejusdem differentiis & divisionibus, ut in Substantiam & accidens agatur.

II. Nomen, circa quod observ.

1. Etymologia. Metaphysica dicitur à μετω' post vel trans, &amp; Φυσική naturalis, vel

1. Quia Metaphysica agit de iis, quae res naturales transcendunt, & supra Physicam sunt.

2. Quia Metaphysica post Physicam est inventa. Non igitur sic dicitur ratione ordinis naturae: (Cum quoad ordinem naturae, que in Metaphysicis considerantur, sint priora rebus Physicalis) sed ratione ordinis inventionis.

2. Synonymia. Metaphysica etiam vocatur

1. Philosophia absolute, & quasi per antonomasiā, quia est nobilissima pars Philosophiae. 4. Metaph. c. 2. e. 3.

2. Philosophia prima, quia primos conceptus, primaq; principia considerat, in quibus reliquarum omnium scientiarum principia fundantur. 6. Metaph. c. 1. phys. t. 8 v. 2

3. Theologia naturalis, quia quantum lumine naturae fieri potest, de rebus immaterialibus, incorruptibilis, actibus puris, &c. tractat. 6. Metaph. c. 1. phys. t. 26.

4. Scientia, quia de primis rerum causis, & supremis ac difficillimis rebus, & quodammodo de universis entibus disputat. 1. Metaph. c. 2. 3. vocatur etiam o-

III. Quid sit? R. METAPHYSICA est scientia, quae contemplatur ens quatenus ens.

Vel, METAPHYSICA est scientia, quae ens in quantum ens, seu, in quantum à materia abstrahit secundum esse contemplatur. Suarez disp. 1. sect. 3.

IV. Subjectum sive Objectum est ens quatenus ens, b.e.ens secundum rem, &amp; rationem à materialia abstractione. Res considerata sive objectum materialē est ens: Modus vero considerandi sive objectum formale est quatenus ens. Sumitur autem particula illa reduplicativa, qua vel quatenus non specifikative, sed reduplicative, ita ut illud quatenus ens dicat causam, vel rationem, cur prædicatum illud, esse subjectum Metaphysica, subjecto videlicet enti attribuatur.

V. Divisio. Metaphysica generalē seu Communem, quae de communī entis natura, ejusque communissimis affectionibus agit. Vide pag. 2. &amp; seqq. dividitur in partem specialē seu Propriam, quae agit de speciebus entis analogis, ut sunt substantia &amp; accidens. Vide pag. 23. &amp; seqq.

VI. Theorematā 1. Metaphysica est disciplina generalissima &amp; communissima.

2. In Metaphysica dantur principia demonstrativa.

3. Primum omnium principiorum est: Impossibile est idem simul esse &amp; non esse. Vel; impossibile est, idem simul affirmari &amp; negari de eodem.

+ Scientia honoratissima 3. Metaph. c. 2. Omnia domina n. post. n<sup>o</sup> 28. qd. 60. 9<sup>o</sup> c. 11. n. 27. Metaph. c. 3. Scientiarum maxime princeps, cui coeteras scientias tanquam ancillas o contradicere teat. n. Metaph. c. 2. Et lib. 3. c. 2.

# PARS GENERALIS METAPHYSICÆ.

*Caput I. de Natura & Distinctionibus Entis.*

I. *Quid sit?* R. ENS est, quod non repugnat existere, Mendoza disp. 2. sect. 1. Vel, ENS est, quod habet essentiā realem, i.e. non fictā, sed verā & aptā ad realiter existendū. Suarez. disp. 2. sect. 4.

1. *Nominaliter*, sive *Substantiē*, quatenus est nomen verbale & significat essentiam, vel rem ratione essentiæ suæ, sive actu existat, sive non. ESSENTIA est id, quod primò concipitur de re. Suarez. d. l.

2. *Participialiter* sive *Adiectiōe*, ut est participium verbi *Sum*, & significat existentiam sive rem actu existentem. EXISTENTIA est illa ratio, per quam res sunt extra causas in rerū natura sive actu. Mendoza disp. 8.

1. *Id, quod habet essentiam.* Sic nihil appellatur ens, nisi ponat aliquid in re, sive nisi sit aliquid positum: Unde priuationes & negationes entia diciniqueunt.

2. *Veritatem propositionis.* Sic omne illud ens vocari potest, de quo propositio affirmativa potest formari. Hoc modo etiam priuationes, negationes, & entiarationis entia vocari possunt. d. r. alias in comple,

*Reale*, quod habet esse à parte rei actu vel potentia. Mendoza disp. 19. sect. 1.

3. *Rationis*, quod habet esse objectivè tantum in intellectu. Seu, quod à ratione cogitatur ut ens, cum tamen in se entitatem non habeat. Suarez. disp. 54.

Per se, quod præcise habet ea, quæ ad essentiam, integratatem, vel complementum talis entis in suo genere per se & intrinsece requiruntur. Suarez.

4. *Est* vel *accidens*, quod constat ex aliquo, quod neque ad essentiam, neque ad integratatem, nec ad complementum rei in suo genere per se & intrinsece requiritur.

*Formalis*, dicitur actus ipse seu verbum, quo intellectus rem aliquam, seu communem rationem concipit. Suarez. disp. 3.

*Objectibus*, dicitur res illa, vel ratio, quæ proprie & immediate per conceptum formalem cognoscitur, seu representatur. ibid.

1. Ens est primo cognitū, cognitione originali, & actuali confusa.

2. Ens in respectu ad inferiora, nempe ad Deum & creaturas substantiam & accidens, non est equivocum, neque univocum, sed analogum.

3. Ens qua tale non habet principia. sc. essendi non a. cognoscendi.

I. NATURA ENTIS. Ubi not.

II. Distinctiones. Ens

III. Conceptus Entis est

IV. Theore mata

DE ENTE IN COMMUNI II. not.

II. ATTRIBUTA, sive AFFECTIONES ENTIS, de quibus Cap. seq.

Pars Generalis Metaphysicæ.

Caput II. de Affectionibus Entis in communi.

- I. An habeat Veras aliquas affectiones? R. Affirm. quia enti competit aliqua, quæ cum ipso reciprocantur, nec tamē sunt primus ejus conceptus, sed pri-  
mum conceptū sequuntur, e.g. *Unum, verum, bonum, esse actu vel potestia.*  
Simplices, quæ enti adæquate insunt, & cum eo convertuntur sub uno conce-  
ptu: *De quibus Cap. 3. & seqq.*
- II. Quotupli-  
ces? R.  
Disjuncta, quæ cū ente recipro-  
cantur sub disjunctione: *Suntq.*
- III. Theorematæ
1. Affectiones entis sunt reales, quia cōpetunt enti citramentis operationē.  
2. Affectiones vel Attributa entis, de ente possunt demonstrari.  
3. Affectiones entis non differunt re ipsa ab ente, sed ratione.

Cap. III. de Uno.

- I. Quid sit? R. Unum est, quod est in se Indivisum.
- Per se, Hoc idem est, quod ens per se supra Cap. I. definitum.
- Sine ordine: ut *acerbus lapidum.*
- Quæ sunt revera in se divisa vel Cum ordine: ut *excitus.*
1. vel Per accidens. Hoc constat ex iis, vel Artificialiter: ut *domus.*
- Quæ non sunt Natu- Subjectum &  
divisa, sed rali- accidens.  
unita, vel ter: ut *Duo acciden-*  
*tia.*
2. vel Indivisible, quod nec actu divisum est, nec dividi potest.  
Indivisum, quod actu quidem divisum non est, aptum ta-  
men, ut dividatur. *Hoc dicitur compositum.*
- Universale, Unitas Universalis consistit in divisione alicujus  
naturæ in plures naturas similes sub eodem nomine &  
ratione cum aptitudine, ut in eas dividatur, *Suarez.*  
*disp. 6. sect. 13.*
3. vel Formale, Unitas formalis appellatur, quæ per se & immedi-  
ate convenit essentiæ sive naturæ, prout præscindit ab es-  
se, quod habet in individuis.
- Individual, Unitas Individualis non solùm dicit indivisi-  
onem, sed etiam ineptitudinē ad divisionem in plura quæ  
talibet sunt, quale est ipsum divisum. *Suarez. l.d.*
- III. Oppositum est MULTUM, quod actu divisum est.
- IV. Theorematæ
1. Quod non est unum, illud ne est quidem.  
2. Tantum de uno quæque habent, quantum de ente.  
3. Unum non addit supra ens aliquod positivum.
- B.
- AFFECTIONES SIMPLICES sunt:
- I. UNUM, de quo IV. not.
- II. Quo-  
tuplex? R.
- II. VERBUM, de quo Cap. 4.
- III. BONUM de quo Cap. 5.

4.  
Pars Generalis Metaphysicæ.

Caput IV. de Vero.

I. Nomen, circa quod ob-  
serv. Veritatem considerari

1. In actu exercito, seu materialiter, quando certæ alicujus rei ve-  
ritas inquiritur. Hac consideratio ad omnes pertinet disciplinas,  
quid enim herè sit ens, substantia, accidens, Metaphysicus tra-  
ctat, quid herè sit linea, Mathematicus, in concreto.
2. In actu signato, seu formaliter, quando ipsa natura veri for-  
malis, quod scilicet sit, in se consideratur. In abstracto.

II. Quid sit? VERUM sive VERITAS est conformitas intellectus cum re.

III. Quotuplex? R.  
Veritas est

Incomplexa, est ipsius rei veritas, qua quodvis ens in sua essentia  
dicitur verum, quia habet essentiam sibi debitam.

Complexa, quæ in compositione & divisione terminorum sim-  
plicium consistit; & est veritas propositionum nempe con-  
formitas intellectus componentis & dividentis cum rebus  
compositis & divisis.

In significando, quæ propriè reperitur in vocibus vel scripturis  
aut etiam in conceptibus, quos non ultimatos vocant. Suar-  
etz. disp. 8. v. Grammatica

In cognoscendo, quæ est in intellectu cognoscente res, seu in co-  
gnitione & conceptione ipsarum rerum. ibid. v. Logica

In essendo, Hæc veritas est in rebus ipsis, quæ ab illa denomi-  
natur verae, ibid. v. Metaphysica.

Quid sit? R. FALSUM est, quod apparet id, quod non  
est. Vel, FALSUM est disconvenientia seu inadæ-  
quatio, quæ est inter judicium intellectus compo-  
nentis & dividentis, & rem ipsam, prout est in se.  
Suarez. disp. 9. sect. 1.

IV. Opposi-  
tum. Ve-  
ro oppo-  
nitur

I. FALSUM  
ubi not.

1. Propter similitudinem ad rem veram, ratione cuius oc-  
casione falsitatis nobis præbet, ut illud existimemus es-  
se quod non est, Hoc modo aurichalcum dicitur falsum  
aurum. Suarez.

2. Quia est objectum falsæ enunciationis, quod tamen ob-  
jectum est objectivè tantum in intellectu. Sic idolum di-  
citur falsus Deus: Suarez.

3. Quia non est adæquata & conformis arti, Hic modus ha-  
bet locum in arte factio. Suarez.

V. Theorematum

2. IGNORANTIA,  
quæ est vel

Secundum puram negationem, quando simpliciter ali-  
quid ignoratur, & nihil de re aliqua intelligitur. Καὶ ὅτι οὐ γνω-  
ριζεται, Secundum probam dispositionem, quando falsa opinio &  
error habetur de re aliqua. Καὶ διάλογος.

1. Veritas quamvis in simplici mentis operatione reperiatur, speciali tamen  
ratione est in compositione & divisione.
2. Verum significat rem cognoscibilem, sicut est.
3. Verum uti & falsum est denominatio extrinseca rebus.
4. Falsitas non competit rebus secundum se, h.e. nulla res dicitur falsa rela-  
ta ad id, quod est, sed relata ad id, quod non est.

Pars Generalis Metaphysicæ

Caput V. de Bono

I. Nomen. Bonum uti & In abstracto, sive formaliter, & sic bonum est ipsa perfectio in esse debita; & malum carentia talis perfectionis.  
malum accipiuntur vel In concreto, & sic bonum est res habens perfectionem debitam, & malum est res carens perfectione debita.

II. Quid sit? R. BONUM est, quod alicui est conveniens. Suarez disp. 10. sect. 1. Vel BONUM est perfectio inesse debita. Vazquez. disp. 23.

1. vel Verum, quod tale est, quale existimatur & cognoscitur. Suarez. disp. 1. sect. 2.  
Apparens, quod existimatur, non tamen est re. Suarez ibid.  
Naturale, quod est consentaneum cuicunque naturæ secundum id, quod naturaliter est, vel naturaliter operari potest. Suarez ibid. Physicæ.  
2. vel Morale, quod est consentaneum rei, ut liberè operatur. ibid. Ethicæ.  
Transcendentale, quod dicit in communi perfectionem rei convenientem, præsertim illam, quam unaquæque res habet per entitatem suam. ibid. Metaphysicæ.  
Per essentiam, quod à se ipso & per se ipsum bonum est, ut Deus.  
3. vel Per participationem, quod suam perfectionem habet ab alio dependentem.  
Quaratione omnia excepto solo Deo bona sunt.  
Simpliciter seu Absolutè bonum quod in se bonum est.  
4. vel Alteri bonum, quod dirigitur ad alium. Dicitur autem bonum alteri non exclusivè, sed presupponit bonum in se.  
Fusundum seu Delectabile, quod homini est conveniens absque ordine ad delectationem, quam tale bonum secum affert. Suarez l. d.  
Honestum, quod homini est conveniens absq; ordine ad delectationem, sed solum, quia per se decet, vel conveniens homini, ut sic, ibid.  
Utile, quod licet ex se spectatum delectationem non afferat, neque ex se deceat, aut conveniens sit homini, tamen ut conferre potest ad aliud bonum obtinendum, conveniens censetur. ibid.

III. Quotuplex? R. I. Quid sit? R. MALUM est privatio perfectionis debitæ in esse.

IV. Oppositum est MALUM,  
Ubi not. Suarez. disp. 11. sect. 1.  
Absolutè malum, quod in sola privatione positum est.  
1. vel Naturale, est omnis privatio naturalis boni naturæ debiti, seu omne id, quod natura sua est disconveniens alteri naturæ. ibid.  
2. Quotuplex? R. Alteri malum est vel  
2. vel Morale, quod est disconveniens naturæ liberae quatenus libera est. ibid.  
Culpa, est inordinatio in actione vel omissione libera seu carentia perfectionis debitæ secundum liberam actionem, Suarez ibid.  
Pœna, est quælibet alia carentia boni debiti contracta seu inficta ob culpam. ibid.

V. Theorematæ  
1. Omnia bonum appetunt.  
2. Omne bonum est communicativum sui.  
3. Res Mathematicæ, quatenus sunt ejusmodi, non sunt bona.

Pars Generalis Metaphysicæ.

Cap. VI. de Actu.

Affect. DISJUNCTÆ IMMEDIATE sunt:

I. esse vel	ACTU, Ubi not.	II. Quid sit? ACTUS est, qui dirigitur ad potentiam, eamq; perficit.	1. Aliud est	<i>Esse actum</i> , est esse perfectionem alicujus, sive esse principiū, quo res est, b.e. extra causas consistēt.
			2. Actus su- mitur vel	<i>Esse actu</i> , est quasi affectio & modus entis, nempe constitutum esse extra nihil & suas causas, b.e. illud dicitur <i>esse actu</i> , quod h̄erē existit.
III. Quot u- plex sit? R. Actus est.	3. vel	Purus, qui excludit omnem potentiam sc. passi- bam. Vel est tale & tam perfectū ens, quod nul- lam habet potentialitatem ad recipiendum a- liquid aliud perfectionis & entitatis, ut est solus Deus, Gregor. de Valent. tom. I. d. I. q. 5.	1. vel	<i>Respectibē</i> , quatenus importat ordinem ad po- tentiam, & per eum desinat aliquid esse in potentia, si in ea fuerit.
			2. vel	<i>Absolutē</i> , prout in se est actuale quid, & non potētiale, quāvis nihil aliud actuet: ut Deus.
IV. Theorematā	4. vel	<i>Impurus</i> , cui semper aliquid potentiae sc. passivæ admixtū adhæret, Talis actus est omnis creatura.	3. vel	<i>Primus</i> , est ipsa rei forma, quæ neque importat o- perationem neque negationem operationis, sed ab utraque est præcisa, b.e. <i>actus primus</i> sive operetur sive non.
			5. vel	<i>Secundus</i> , est actio à forma procedens.
POTENTIA. VII.	5. vel	<i>Formalis</i> , quo ipsa forma esse dicitur, ac perfe- ctis ac completis entibus suum esse distinctum communicare.	1. Cujus est actus, ejusdem est potentia.	<i>Entitatibus</i> , qui respōdet potentiae objectivæ, & est ipsa existētia rei, b.e. <i>essa rei positio extra nihil</i> .
			2. Actus prior est potentia.	<i>Signatus</i> , est ratio formalis, sive conceptus quid- ditativus alicujus rei in se consideratæ.
II. PRINCIPIUM, vel PRINCIPIATUM, Cap. 7.	3. Actus & potentia opponuntur privativè. Si poten- tia ratione adjuncta privationis, & ut excludit a- ctum, consideretur.	<i>Exercitus</i> , est res substrata ratione formalis, vel i- psa ratio formalis ut alicui rei competit.	3. Actus prior est potentia.	<i>Essentia</i> , qui rem ita actuat, ut ejus essentia con- stet, quæ definitione exprimitur, ut in homine <i>actus essentiae est esse animal rationale</i> .
			4. Actus & potentia opponuntur privativè. Si poten- tia ratione adjuncta privationis, & ut excludit a- ctum, consideretur.	<i>Existentia</i> , qui est complementum essentiae dans ultimum esse rei, ut in Petro, Paolo, Sc. Tò hoc <i>esse rationale</i> .

- III. CAUSA vel CAUSATUM, Cap. 9. & seqq.  
IV. NECESSARIUM vel CONTINGENS, Cap. 14.

## Pars Generalis Metaphysicæ.

## Cap. VII. de Potentia.

I. Nomen, ubi not.	1. Aliud est	Effe potentiam, hoc significat vim & aptitudinem, per quam aliquid esse potest.
		Effe in potentia, hoc significat illud, quod nondum est, sed tamen esse potest, adeoque adhuc est in suis causis.
2. Potentia sumitur vel	Transcendentaliter, h.e. tam late, prout cum suo opposito nempē actu dividit omne ens, & certae aliquujus categoriæ terminis non cohibetur.	
		Predicamentaliter, prout solam illam potentiam comprehen... dit, quæ est in secunda specie qualitatis. Hæc continetur sub potentia transcendentali.
Quid sit? R. POTENTIA est, qua ens esse posse intelligitur, quando nondum est.	1. Quid sit? R. Potentia activa est, quæ virtute continet aliquem effectum, illumque potest producere, Mendoza Phys. disp. 2. sect. 2.	
		Ordinata, est ipsa Dei potentia quatenus accommodata est exequendæ alicui legi à Deo institutæ. Fonseca lib. 9. c. 1. q. 9.
III. Quotuplex? R. Potentia est	1. vel	Infinita, solius Dei est vel
		Absoluta, quatenus per eam Deus potest facere omne id, quod fieri contradictionem non implicat.
	2. vel	Finita est creaturarum propria.
		Rationalis seu Libera, est indifferens ad utrumq; oppositorum; Vel: quæ positis omnibus requisitis ad agendum potest agere & non agere.
	3. vel	Irrationalis seu Naturalis, quæ ad unum tantum est determinata; sive quæ alteram tantum contradictionis partem respicit.
		Passiva, quæ recipere potest aliquam formam. Mendoza l. d.
	4. vel	Objectiva, est non repugnantia rei ad essendum Mendoza l. d.
		Naturalis, quæ viribus naturæ cum generali Dei concursu potest perduci ad actum. Fonseca lib. 9. c. 1. q. 4. sect. 1.
	5. vel	Obedientialis, qua res aliqua apta est ad actum aliquem supernaturalem cum concursu Dei speciali.
		Proxima, cui immediate responder actus.
IV. Theorematum	2. Quod transit de potentia ad actum, mutatur.	Remota, inter quam & actum aliis mediat & intercedit actus, Potentia remota, si nimis remota est, amittit nomen potentia.
		3. Potentia non excedit suum objectum adæquatum.



Part Generalis Metaphysicæ.

Caput VIII. de principio & Principiis.

I. Quid sit? R. PRINCIPIUM est primum, unde aliquid aut est, aut fit, aut cognoscitur, Arist. lib. 5. Metaph. c. 1. Vel, PRINCIPIUM est id, à quo aliquid procedit quocunque modo. D. Thom. part. 1. q. 33. art. 1.

II. Requisita. Ut aliquid principium alicujus dicatur, requiritur  
 1. Ut sit aliquo modo prius eo cuius est principium. Hoc indicatur ipso nomine principii.  
 2. Ut sit aliqua connexio inter illa, vel consecutio unius ad alterum. Sic infans heri natus licet sit prior eo, qui hodie natus est, non tamen dicitur principium ejus, quia inter illos nulla intercedit connexio.

In fieri, unde aliquid fit. Sub Principio rei in fieri continentur omnia principiata rerum successivarum: ut sunt modus & tempus; tum operationum, quæ suum esse in fieri habent.

In facto esse, unde aliquid est. Sub principio rei in facto esse continentur omnia principia rerum, quæ suum esse habent in facto esse.

Incomplexum, ut sunt rei affectus, operationes, proprietates, accidentia, quæ ducunt in cognitionem alicujus causæ vel essentiæ.

Complexum, cujusmodi sunt axiomata & propositiones universales; e. g. Totum majus est suis partibus.

Causale, quod habet verum influxum causalem in aliud, estque idem quod causa.

Non causale, quod habet rationem principii citra influxum causalem. Sic prius est principium non verò causa: Pater est principium Filii in Trinitate.

1. Tempore, quod est vetustius & antiquius.  
 2. Naturâ, quod in naturali, essendi ordine antecedit.

3. Ordine, quod ante aliud subsequens est dispositum situm & collocatum.

4. Dignitate, quod est melius & præstantius.

5. Cognitione, quod est notius & facilius.

1. Quot modis dicatur? R.

3. Ordine, quod ante aliud subsequens est dispositum situm & collocatum.

4. Dignitate, quod est melius & præstantius.

5. Cognitione, quod est notius & facilius.

2. Oppositum, est POSTERIUS. Quot modis dicitur prius, tot modis etiam dicitur posterius.

1. In principiis non datur progressus in infinitum.

2. Principia essendi sunt etiam principia cognoscendi; Ex quibus aliquid dependet in esse, ex iisdem etiam dependet in esse cognosci.

3. Principium latius patet quam causa.

PRINCIPIATUM, quod ordinē habet ad principiū tanquā posterius ad prius.

Sequuntur  
PRINCIPIUM, de quo V. not.

III. Quotuplex?  
R. Principium est.

1. vel  
Cognitionis  
quod vel

2. vel  
Non causale, quod habet rationem principii citra influxum causalem. Sic prius est principium non verò causa: Pater est principium Filii in Trinitate.

IV. Cognatum, est PRIMUS de quo not.

1. Quot modis  
dicatur? R.

2. Oppositum, est POSTERIUS. Quot modis dicitur prius, tot modis etiam dicitur posterius.

1. In principiis non datur progressus in infinitum.

2. Principia essendi sunt etiam principia cognoscendi; Ex

quibus aliquid dependet in esse, ex iisdem etiam dependet in esse cognosci.

3. Principium latius patet quam causa.

PRINCIPIATUM, quod ordinē habet ad principiū tanquā posterius ad prius.

Pars Generalis Metaphysicæ.

Caput IX. de Causa & Causato in communi.

I. Quid sit? R. CAUSA est principium per se influens esse in aliud. Suarez  
disp. 12. sect. 2.

II. Causalitas, est ratio formalis causæ. Est autem aliquid formaliter causa, non quando potest causare, sed quando actu causat. Vel, Causalitas sive Causatio est influxus ille seu concursus, quo unaquaque causa in suo genere actu influit in effectum. Suarez. ibid.

- Actu, quæ actu & re vera influit in effectum.
1. vel { Potentia, quæ actu non influit in effectum, habet tamen potentiam influendi. Hæc propriè non est causa.  
Vera, quæ verè & realiter influit in esse effectus.  
2. vel { Sine qua non, quæ licet non habeat verum influxum in esse effectus, effectus tamen sine ea esse vel fieri nequit.  
Totalia sive Solitaria, quæ ita influit in effectum, ut non concurredit alia causa ejusdem ordinis in eodem genere.  
3. vel { Partialis sive Socia, quæ influit in effectum concurrente similitudine causa ejusdem ordinis in eodem genere.  
Remota seu Mediata, quæ influit in effectum interveniente alia causa ejusdem generis.  
4. vel { Proxima seu immediata, quæ ita influit, ut non interveniat alia causa ejusdem generis.  
Essentialiter, Causæ essentialiter subordinatae sunt quælibet causæ duæ ejusdem generis, quæ ita sunt affectæ inter se, ut altera ex natura sua pendeat ab altera in causando. Fonseca lib. 2. c. 2. q. 1.  
Accidentaliter, Causæ accidentaliter subordinatae sunt quælibet duæ causæ ejusdem generis, quæ ita sunt affectæ inter se, ut altera pendeat aliquo modo ab altera, non tamen in causando.  
Subordinata vel  
5. vel { Non subordinata, quæ nec sua natura in causando nec alio modo ab altera dependet.
- IV. Quot sint? R. Internæ, quæ intra rei, cuius sunt MATERIA, Cap. X.  
Quatuor, vel causæ, essentiam continentur: ut FORMA, Cap. XI.  
Externæ, quæ essentiam efficiuntur: ut EFFICIENS, Cap. XII.  
Etus non ingrediuntur: ut FINIS, Cap. XIII.

- V. Theorematæ
1. Nihil est causa sui ipsius.
  2. Causa prior est causato.
  3. Causa non est deterior effectu.
  4. Quicquid est in effectu, præexistit in causa.

CAUSATUM, quod ex causa suum esse habet: Vel, quod à causis suis dependet.

Sequuntur

CAUSA, de qua V. [not.]

## De MATERIA V. not.

## Pars Generalis Metaphysicæ.

## Caput X. de Materia.

1. Quid sit? R. MATERIA est id, ex quo quipiam fit eo pacto, ut insit. Arist. lib.  
2. Phys. c.3. Vel, MATERIA est principium internum, quod per potentiam  
passivam sive receptivam in rem influit

II. Causatum sive Effe-  
ctus Materia est.

III. Causalitas materia cum  
respectu formæ, tum re-  
spectu compositi est vel

IV. Quatu-  
plex R.

V. Theorematæ

Primarius & adequatus est compositū, quod primariò intenditur.  
Secundarius & inadeguatus est forma, quæ in composito sicut pars  
continetur, & causatur à materia propter compositum: Forma  
enim à materia ratione potentia passiva dependet, & è poten-  
tia materiae educitur. Ergò materia est causa formæ, & forma  
causatum materiae.

In fieri, est generatio, non tamen, ut est actio & importat de-  
pendentiam ab agente, sed ut est passio & dicit dependenti-  
am à materia, Actio & passio eadem est entitas, dicitur enim  
actio, ut concipitur tanquam dependentia à potentia activa;  
Passio verò appellatur, ut respicit patiens, & importat depen-  
dentiam à materia.

In facto esse, est unio inter materiam & formam, prout illa u-  
nio sumitur ex parte materiae. h.e. prout est subjectivè in  
materia & potest dici receptio formæ, & per eam ut sic non  
forma, sed materia perficitur.

Prima, est primum subjectum, ex quo inexistente  
res fiunt, & in quod ultimò resolvuntur.

1. vel Secunda, quæ ita est materia alicujus, ut ipsa con-  
stet ex alia materia.

Permanens, ex qua aliquid est vel fit salva manente  
ejus essentia: Sic ex auro fit poculum.

2. vel Transiens, ex qua mutata nec essentiam suam reti-  
nente res fit: Sic ex ovo fit pullus.

3. vel Proxima, ex qua aliquid immediatè est vel fit.  
Remota, ex qua mediante alia materia aliquid est  
vel fit. Vel, quæ ita est materia alicujus, ut sit pri-  
us materia alterius.

4. vel Sensibilis est ipsa substantia, habens qualitates sen-  
sibiles, h.e. qua primò & perse sunt objecta ali-  
orum sensuum. Sonec. lib. 6. q.

Intelligibilis est ipsam substantia considerata abs-  
que qualitatibus sensibilibus. ibid.

In qua est subjectum, in quo aliquid est vel fit.

Circa quam est objectum, circa quod agens versatur.

1. Ratio causandi materiae est potentia passiva sive receptiva, quia ratione  
potentiae passivæ forma producitur, & pendet è materia, ejusq; ratione  
materia cum forma unitur.

2. Materia est determinabilis.

3. Quod caret materia, expers est passionis.



## Pars Generalis Metaphysicæ.

## Caput XI. de Forma.

I. Quid sit? R. FORMA est ratio essentiæ sive quidditatis. Arist. lib. 2. Phys. cap. 3.  
Vel, FORMA est substantia quædā simplex & incompleta, quæ ut actus materiæ cum ea constituit essentiam substantiæ compositæ: Suarez. diff. 15. sect. 5.

Primarius, est compositum, nam forma propriam suam essentiam largiendo compositum constituit. Ergo forma est causa compo-  
siti.  
II. Causatum sive Effe-  
ctus forma est Vel Secundarius, est materia, non quidem secundum esse suum con-  
siderata, & à formæ esse & informatione præcisa, sed ut est infor-  
mata per formam, quia materia ut informata idem est, quod  
compositum, nec ab eo secundum rem differt, cum unum nec  
plura, nec pauciora includat, quam alterum.

III. Causalitas formæ est actualis unio inter materiam & formam, prout illa sumitur ex par-  
te formæ, b. e. prout est subjectivè in formæ, & potest dici adnatio, & informatio materia,  
& per eam ut sit forma perficitur.

Informans, quæ unione Physica conjungitur subjecto. Mendoza de L-  
nima diff. 1. sect. 2.  
1. vel Assistens, quæ nullam habet unionem Physicam cum re, cui assistit, sed  
tantum propinquitatem ad illam movendam. Mendoza ibid. Dicitur  
autem improprie formæ, & potius pertinet ad genus causæ efficiētæ.  
Substantialis, quæ cum subjecto sive materia, quam informat, consti-  
tuit compositum per se, pertinetq; ad prædicamentum Substantiæ.  
Accidentalis, est accidens in abstracto consideratum constituens cum  
subjecto unum per accidens: ut albedo, quæ constituit corpus album.  
Totalis, quæ informat omnes partes alicujus continui heterogenei: ut  
anima, quæ informat omnes partes animalis.  
Partialis, quæ non continuum heterogenium, sed aliquam ejus par-  
tem informat: ut forma carnis, forma ossis, forma cutis.  
4. vel Physica, est altera pars compositi contradistincta à materia, & est for-  
ma propriæ dicta. Vocatur alias Forma partis.  
Metaphysica est ipsum totum vel quidditas & essentia totius, Dicitur  
alias Forma totius, estq; improprie formæ.  
Materialis, quæ à materia dependet, ita ut naturaliter extra eam esse  
non possit. Tales sunt omnes formæ, excepta anima rationali.  
5. vel Immaterialis, quæ citra materiam subsistere apta est: ut anima ratio-  
nalis.  
6. vel Generica, quæ effertur prædicato generico.  
Specificæ, quæ effertur prædicato specifico. e. g. albedo in lacte forma  
specificæ dicitur, color verò & qualitas sunt forma generica.

V. Theorematæ 1. Ratio causandi Formæ non est aliquod formæ accidens, sed ipsa ejus enti-  
tas, nimirū potentia informandi, quia informatio est causalitas formæ.  
2. Per formam res est id, quod est. Vel, Quicquid est per suam formam est.  
3. Forma dat esse rei.

C



- Pars Generalis Metaphysicæ.  
Caput XII de Causa Efficiente.
- I. Quid sit? R.** CAUSA EFFICIENTS est id, unde primum principium est mutationis aut quietis. Arist. lib. 2. Phys. c. 3. & lib. 5. Metaph. c. 2. Vel: CAUSA EFFICIENTS est principiū per se influens esse in aliud sine mutatione sui ex præcisa ratione influxus. Mendoza Phys. disp. 9. sect. 1. **II. Causatum est Effectus?**
- III. Causalitas efficientis** est actio: hæc enim est forma, per quam denominatur agens. Ergo est etiam forma, per quam denominatur efficiens, quia agens & efficiens sunt idem.
- Per se**, quæ virtutè propria producit effectum. Socin. lib. 12 q. 3. Vel: Causa per se est, à qua directè pendet effectus secundum illud proprium esse, quod habet in quantum effectus est. Suarez, disp. 17. sect. 2.
- 1. vel** **Per accidens**, quæ non producit effectum virtute propria, Etz. vel
- Ex parte cause**, id dicitur per accidens causare, quod per accidens conjunctum est principio per se causandi. Suarez l. d.
- 2. vel** **Naturalis**, quæ ad unum oppositorum determinata absque deliberatione & semper eodem modo, si non impeditur, agit: ut ignis urit.
- Voluntaria seu Libera**, quæ utrumque respicit oppositorum.
- Physica**, quæ revera influit esse in effectum. Tales causa sunt non tantum naturales, verum etiam liberae.
- Moralis**, quæ imputativè solum influit in effectum. b. e. quæ licet realiter non producat effectum, ita tamen se habet in ordine ad mores, ac si actu influeret; quia non minus imputatur ei effectus, ac si revera & per se ipsum produxisset. Tales sunt causæ applicantes agens ad patiens, item consilentes, præcipientes, rogantes, non impedientes, cum possint, & teneantur.
- 1. Quid sit? R.** Causa principalis est, quæ per virtutem principalem, id est, nobiliorem, vel saltem & quæ nobilem, cum effectu influit in actionem, per quam talis effectus producitur. Suarez, *Utrum respondeat*.
- Principalis, ubi not.** **Prima**, quæ à nullo dependet; ab ipsa tamen dependentia omnia: ut solus Deus.
- 4. vel** **2. Quotuplex? R.** **Secunda**, quæ ab alia causa dependet: quales sunt omnes causa principales, excepto Deo.
- 1. vel** **Uniboca**, quæ ejusdem rationis sive speciei est.
- 2. vel** **Instrumentalis**, quæ in effectum per virtutem inferioris rationis seu perfectioris rationis, Suarez. disp. 15. sect. 2. **III. Calamus & Specie scriptio-** rationis.
- V. Theorematæ** **1. Ratio causandi efficientis** est potentia activa: Hac enim est principium;
- quo causa efficienti suatribuitur causalitas sc. actio.
- 2. Causa efficiens** eodem modo se habens semper producit idem.
- 3. Omnia** quæ agunt, in virtute primi agentis agunt.

Pars Generalis Metaphysicæ

Capit. XIII. de Fine.

I. Quid sit? R. FINIS est causa cuius gratia res est. Arist. lib. 2. Phys. 3.

II. Causatum sive Effectus causæ finalis in ordine agentium finitorum per intellectum sive actus voluntatis sive circa finem, vel circa media versentur, sive ante finis consecutionem eliciantur, vel post eam: isti enim actus sunt propter finem. E. sunt effectus causæ finalis.

III. Causalitas Finis, qua bonum se quasi exerit & exit in actu secundum, non est aliquid praecedens actionem voluntatis, nec etiam aliquid consequens actionem, sed est ipsa voluntatis actio, ut manens ab objecto alliciente, & trahente ad se voluntatem.

